



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istoría**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Mogvntiae, 1672**

Censura & Facultas Ordinarii Moguntini.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14478**

medica egeant, ut repurgentur; quemadmodum de actis hujusce generis decreverat olim Cōcilium Francofordiense anno DCCXCIII. Id tamen non officit missionis veritati: de qua sola asserenda nunc agitur: omissis ceteris quæ in quaestionem adducentur à viris eruditis, de quibus alias fortasse sententiã meã aperiã. Interim amicos nostros obtestor, ut boni consulant quæ licet aliena ab eorum sententia dixi, provocatus tuendæ veritatis desiderio, ad restituendam Ecclesiæ gallicanæ majestatem, aliquo pacto imminutam ex depressa originis illius vetustate: quæ in rebus sacris non vulgarem venerationem conciliare solet, rum Ecclesiis, tum etiã Imperiis Christianis in quibus sunt constitutæ. Quare non evertendas,

sed retinendas putavi quæ vero nituntur traditiones nostras; præcipuè cum in Ecclesia Romana, actoto in orbe Christiano jam olim receptæ fuerint: adeo ut non egeam<sup>9</sup> prava illa diligentia, quam adhibuerunt illi, qui etiam falsis atque confictis sub nomine veterum auctorum monumentis, vetustatem Christianæ religionis sibi arrogare nituntur, vel etiam receptam confirmare.

Tu verò, VIR CLARISIME, pro ea qua polles non solum eruditione, sed etiam prudentia, de nostro isto conatu, prout par est, decernes, & dignitatem Ecclesiarum Gallicanarum robustiùs vindicabis. Vale. Lutetiæ Parisiorum, Nonis Septembri, anno M, DC, LVIII.

*Censura & Facultas Ordinarii Moguntini.*

**U**T *Historia Ecclesiastica Eusebii Pamphili Græco-Latina juxta Exemplar Parisiis anno 1659. apud Antonium Vitre Typographum Regium & cum Annotationibus Henrici Valeſii imprimi & per Archidiœcesin Moguntinam divulgari possit, hisce permittitur.*  
Moguntia d. 2. Augusti, Anno MDCLXXII.

*Adolphus Godefridus Volusus D. Protonotarius  
Apostolicus, Consiliarius & Sigillifer Moguntinus librorum Censor.*

EYΣE-